

Sermo**C**

camen et imperfectis tribulatione illa deficient. unde dominus. Ne pregnantibus et nutrientibus. etc. Pregnantes dicuntur anime que propositum bonum concipiunt. Nutrientes que ad hoc opus imperfectum habent. Similiter dicitur Apocalipsis xij. Ne terre et mari. quod descendit ad vos diabolus habens iram magnam. Terra dicitur illi qui terre inheret. Mare vero qui secularibus desideriis et honoribus inhiant.

Secundum terribile erit fraudulencia ministrorum illius qui fere omnes decipient simulatione vite bone falsitate doctrine. signorum ostensione. De quibus dicitur. Surgent pseudo christi et pseudo prophete. etc. In Gregorius. Denemus que erit humane mentis illa temptatio. quoniam pius pater corpus tormentis subicit. et tamen ante oculos eius miracula tortor facit. cuius non erit virtus ab ipso cogitationis fundo cruciatur quoniam hiis qui falsis cruciatur signis coruscant. per hoc quod dicit. Si fieri potest. sicut idem beatus Gregorius ait ut exprimitur quod electi in corde temptabuntur. trepidabunt. sed non cadent. quia ergo trepidant. id est. si fieri potest. quod non cadunt dicitur electi. de hiis pseudo prophetis. id est. Apocalipsis. xij. Audi aliam bestiam ascendentem de terra et habebat cornua duo similia agni. similabit se habere innocenciam et miracula que christus habuit et suis dedit et loquebatur sicut draco. que loquela eorum erit venenosa et seductione plena et omnem potestatem prioris bestie et antichristi faciebat in conspectu eius et fecit signa ma-

Centesimus nonus**D**

291

gna. ut etiam ignem faceret de celo descendere in terra in conspectu omnium hominum

Tercium terribile erit in signis futuri iudicii. De quibus tangit vnus. scilicet. obscuritas siderum. cum dicit. statim post tribulationem dierum illorum id est post mortem ipsius antichristi. sol conuertitur in tenebras. id est. obscurabitur ac si non essent. Hieronimus dicit se inuenisse in libris hebreorum. signa quindecim dierum ante diem iudicii. In prima die eriget se mare. xl. cubitur super altitudinem montium stans in loco suo quasi murus.

In secunda die cum descendit quod vir vide ri poterit. In tertia marine belue apparentes super mare dabunt rugitus usque ad celum. In quarta ardebit mare et aqua. In quinta herbe et arbores dabunt rorem sanguineum. In sexta ruent edificia. In septima petre ad inuicem collidentur.

In octava generalis terre fiet motus. In nona equabitur terra.

In decima erubunt homines de carnibus terre et ibunt velut amentes nec poterunt sibi mutuo loqui.

In undecima statunt ossa mortuorum super sepulchra.

In duodecima stelle cadent de celo.

In tredecima morientur viuentes ut cum mortuis resurgant.

In decimaquarta ardebit celum et terra.

In decimaquinta fiet celum et terra noua. et resurgent omnes ad iudicium.

Hec sunt signa diem iudicii precedencia. Quartum terribile. horrendum iudicium. quod non solum homines. sed etiam angelos et